



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Preces ante Missam, paragr. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

Dices, fore scandalum tam serio  
Miffam celebrare. Respondeo, posse  
huic occurri, si explicetur, quando  
opus fuerit, astantibus privilegiam;  
quod si, explicatione non obstante  
perseverabit quis in scandalo, scan-  
dalum erit passivum, quod vitare ne-  
quaquam obligamur.

## CAP V T VII.

**E**xpediuntur quædam faciliora  
pertinentia ad sacerdo-  
tem antequam ce-  
lebret.

3. I.

*Preces ante Miffam.*

**I**cet sanum Consilium sit  
ante Miffam ( idem, ut hac  
occasione dicam, est, post Mif-  
fam ) preces Deo offerre, & pra-  
terim illos Psalmos recitare, &

Oia-

Orationes , quæ proponuntur in Missali; tamen id in præcepto nequaquam adest; nam ideo, notanter, ibi, dicitur: *Præparatio ad Missam, pro opportunitate Sacerdotis facienda.*

<sup>a</sup> Major difficultas est de precibus , quæ recitantur dum Sacerdos induit sacras vestes. Sed contra b Navarrum , & Azor, c nec d has esse sub gravi præcepto inde constat, quia non apparet, unde id, vel iure , vel consuetudine cum tanto rigore præcipiatur. Quid de veniali ? Ægre illud admitterem, quamvis admettatur e Castropalaus , & Ratio nostra est , quia ubi nullum præceptum invenio , cur præceptum veniale , velim admittere? ex consuetudine item nec idem ve-

N a niale

<sup>a</sup> *Castr. t. 2. rr. 7 d. 2. p. 4. n. 6.*

<sup>b</sup> *Navarr apud Bonac. mox cit.*

<sup>c</sup> *Azor. apud eund. d Bonac de Euch. d. 4. q. ult p. 9. n. 32. e Casgr. de Sacr. tr. 22. disp. Vnicap. 10. n. 8. alsoz eiusdem.*

220 LIBER I.

niale possum colligerē, ut in simili  
dicam mox. §. z. à num. 3.

§. II.

*Recitatio Matutini.*

**A**cere Sacrum, non recita-  
tis, privatum precibus Ma-  
tutinis, esse mortale docent com-  
muniter Antiquiores, a & non  
nulli b ex Receptionibus, quia est,  
inquietum, jam vetus consuetudo, &  
quia Pius V. districte c id præcipit.  
Negant vero communiter d alii  
probabilius. Ratio est, quia non  
apparet nec consuetudinem, nec  
Pii V. mandatum esse tam rigorosa.  
Non consuetudinem, quia non

con-

*Apud Marc deord tr 3 p 3 c 5.*

b Azor. Bellar. Regin. aliquae apud  
eundem Marchinum c Pius V. in Full.  
princ. Missal. d Silvest. Sor. Medin Val.  
Suar Vasq Less Henr. Sà. Scottia, Fag.  
Laym. e. ab eodem Marchin.